

minimas, terentes eas, & miscuerunt cū medicinis suis  
 humectantibus aliquantulum, & ita posuerunt ipsum  
 aptatum in camera sua, in loco calido temperato, sicut  
 prius, per diem & noctem. Hoc factq; extraxerunt cum  
 quasi semimortuum & adhuc habentem aliquantulum  
 vitæ. Quem videntes parentes eius, exclamauerunt  
 dicentes: Heu Rex mortuus est. Quibus Medici dixe-  
 runt, non est mortuus. Nolite clamare, dormit enim, &  
 iā incepit terminare. Acceperunt itaq; ipsum iterum &  
 abluerunt cum aqua dulci, donec sapor medicinarum  
 recessit: & miserunt cum eo iterum de eadem medici-  
 na noua, & posuerunt eum in loco suo sicut prius. Et  
 quando extraxerunt eum penitus, mortuum inuenie-  
 runt. Tunc parentes eius fortiter clamantes dixerunt:  
 Heu Rex mortuus est. Quibus Medici respondentes di-  
 xerunt: Interfecimus eum idco, vt melior & fortior fiat  
 in hoc Mundo post resurrectionem in die iudicij, quam  
 fuisset prius. Quod quidem parentes eius audientes,  
 crediderunt eos esse truffatores, & statim abstulerunt  
 eis medicinas suas, & expulerunt de regno. Hoc facto,  
 loquebantur ad inuicem, considerantes quid deberent  
 agere de hoc corpore venenato & mortuo. Et conue-  
 nerunt vt sepelirent ipsum, ne putreficeret, ac eius fætor  
 documentum inferret. Alexandrini verò Medici hoc  
 audientes, iuerunt ad eos, & dixerunt: Nolite ipsum  
 sepelire, quoniam (si placet vobis) restituemus eum sa-  
 niorem, pulchriorem, & potentiores quam prius. Tūc  
 illi subridere coeperunt, dicentes: Vultis ne truffare  
 nos, sicut & alij? Sciatis quod nisi feceritis quod pro-  
 mittitis, manus nostras euadere non poteritis. Medici  
 autem ad hoc se obligantes, acceperunt Regem mor-  
 tuum, sicut alij dimiserunt, terentes eum, bene ablue-  
 runt, quo usq; nihil de medicinis aliorū remansit, & de-  
 siccauerunt eū. Deinde acceperunt partem vnam Salis  
 armoniaci, & duas de nitro Alexandrino, & miscuerūt  
 cum pulucre mortui, & impastauerunt cum parum o-  
 lei lini, & posuerunt eum in camera vna, facta ad modū  
 cruciboli inferius perforati, & sub foramen posuerunt  
 aliud vas mundum ad modū cruciboli factum, & di-  
 miserunt cum ibi per vnam horam. Deinde cooperu-